



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Sectio VII. De pœnis Simoniæ, ac dispensatione in illa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

Simoniae sint admittendi ex c. Per tuas.  
32. b. t. Videatur falsor utriusque hujus  
capituli explicatio apud Auct. Meth. b. t.

## SECTIO VII.

### *De pœnis Simoniae, ac di- spensatione in illa.*

#### §. I.

*An pœna jure decrete incurvantur  
propter quamlibet Simoniam, & in  
quacunque materia fiat?*

**P**rimò certum est, nullam pœnam  
incurri propter Simoniam merè  
mentalem, si ea pure interna sit, aut  
exterior non sit ex utraque parte comple-  
ta, cum actus merè interni non cadant  
sub jurisdictionem Ecclesie directe. Se-  
cundò latè certum est, nullam etiam  
iutis positivi pœnam ipso facto incurri,  
propter Simoniam merè conventiona-  
lem, quæ scilicet non est completa ex  
utraque parte, excepta Simonia confi-  
dentiali, sicut enim SS. Canones, dum  
potius in Simoniacos statuunt, non lo-  
quuntur, de conventionibus tantum,  
sed de dantibus & accipientibus tempo-  
rale pro spirituali, neque sunt ultra ver-  
borum proprietatem in materia penal-  
i extendendi, sic in Simonia confidentiali  
etiam conventiones propriâ auctoritate  
factas suis pœnis afficiunt Pontifices.  
Nec propter Simoniam realem ex ultra-  
que parte completam, incurvantur pœna  
à jure statuta, ipso facto, preter illam,  
qua committitur in ingressu religionis,  
succeptione ordinum, aut admissione  
beneficiorum; quamvis enim in jure mul-

ta pœna statuunt in Simoniacos non  
tamen omnes in quolibet casu ipso facto  
incurrunt, sed illi tantum juxta clara  
verba juris, qui Simoniam committunt  
in ingressu in religionem, succeptione  
ordinum, vel beneficiorum. Compre-  
henduntur tamen pœnis à jure statutis  
etiam illi, qui occultam Simoniam com-  
mittunt, juxta extravag. Detestabile 2.  
b. t. inter communes, & qui juris Eccle-  
siastici Simoniam tantum committunt,  
qua sit in permutationibus beneficio-  
rum sine Superioris auctoritate factis.  
c. 5. & 7. de rerum permutat. & c. de hoc  
11. b. t. & juxta cit. Extravag. codem.

#### §. II.

*An & qualiter incurratur pœna  
excommunicationis propter simoniam  
commissam in ordine, vel  
beneficio?*

**I**ncurri ipso facto tam ab ordinante,  
quam ab ordinato, pœnam excommu-  
nicationis Pape reservatam, si ab his si-  
monia realis & completa in ordine con-  
ferendo committatur, ex cit. Extravag.  
2. patet §. statuentes. ita ut nomine or-  
dinum in hac materia veniant tam mi-  
niores, quam facti ordines (cum iura  
universitatis loquantur de Ordinibus)  
etiam prima tonsura, & si que simonia  
comittitur, in imperandis Dimissorijs,  
qua sunt dispositiones ad ordines: qua-  
lis excommunicationis Pape reservata etiam  
incurritur, propter simoniam realem, &  
utrinque completam, in beneficiis, ele-  
ctionibus, presentationibus, collationi-  
bus, confirmationibus &c. statim è bene-  
ficia proprie dicta illa sint, & nō sint ran-

Aa aa s

153

tum pensiones, aut officia &c. & non  
excuset ignorantia.

## §. III.

*An & qualis suspensio contrahatur per simoniam commissam in ordine, vel beneficio.*

Ordines conferens per simoniam completam, spectato jure communni Decretalium, ipso jure est suspensus à collatione quorumcunque ordinum, saltem per triennium, ut patet ex c. Si quis 45. b. t. & qui simoniam commisit presentando ad ordines, ad certum tempus suspensus est ab executione ordinum; ordinatus vero per talam simoniam suspensus est ab ordine sic suscepto, donec à sede Apostolica cum illo fuerit dispersatum, nisi sine culpa ab ipso commissa, simonia intervenisset c. De simoniace 22. b. t. cùm nulla debeat imponi pæna, ubi nulla culpa est. Severius adhuc simoniace ordinantes, & ordinatos punit Sixtus V. in suo motu proprio, & contra eos loquitur *Glossa his V. remanere.* hodierna tamen praxis non videtur rigores hos recipere.

Qui vero beneficium obtinet per simoniacum commissam & completam, nullam quidem suspensionem propriè dicitam incurrit, nec conferens illud, nec accipiens, cùm in jure nulla expressa sit, quia tamen excommunicatus est, consequenter ab omni etiam officio, ordine, & beneficio suspensus est, donec ab excommunicatione absolvatur.



## §. IV.

*An preter predictas censuras in alia pœna Canonico jure decreta sunt Simoniacos?*

Sunt & alia pœna, & quidem plures quia tamen penatum talum res praxis est, ed quod Simonia via hodi locum pluribus videatur habere, hoc si Auct. Method. eum remitto, quod penarum harum cupit habere notitiam. Vi etiam § 5. videtur est, quis in his penitentiis spenbare possit.

## SECTIO VIII.

*De obligatione restituendi ea, quæ per simoniacum sunt accepta.*

## §. I.

*An, & cui pretium simoniacumcepit, si restituendum?*

Qui accipit pretium temporale spirituali, pro facio v.g. calice, reliquijs auro & argento ornatis, simoniacum quidem, non tamen injulie, sed quod jus temporale annexum, v.g. ponticale, suam estimabilem pro pretio commodatatem habeat, non teneret de jure naturali, aut divino, ad ullam restituendam faciendam, modò quod simoniacacepit, rei temporali spirituali annexa estimabilitatem non excedat, cum in aliquo casu graviter quidem contra religiosam peccetur, non tamen contra iustitiam, obligatio autem restituendi oritur passione ex laesa iustitia. Si tamen non rite